

domni Adelardini de Lendenaria investituram feudi de illo¹ de Gebito et de illa iurisdictione², quam habebat vel sibi³ pertinebat in Gebito, secundum quod ad regnum pertinebat et secundum quod illi de Olderico Sachto² habuerunt et tenuerunt pro duce. Et vidi, quod ipse dominus imperator cum berreta de capite, insimul cum predicto duce, investivit eum Richardum per rectum et liale feudum vice et nomine domni Adelardini, cuius nuncius² dicebat fore, nominatim de cuncto² honore et iurisdictione², quem vel quam habebant in Gebito, secundum quod ad regnum et imperium pertinebat et ad ipsum ducem et secundum quod filius Olderici Sacheti et eius nepotes habuerunt et tenuerunt per illum ducem. Hoc facto statim vidi, quod ipse dux cepit Martinum⁴, qui ibi aderat, per manum et fecit eum suum nuncium et nuncium imperatoris precepto ipsius imperatoris, ut vidi, et precepit ei, ut daret tenutam domno Adelardino et eum in tenutam mitteret de predicto feudo, videlicet de honore et iurisdictione², quod² habebat ipse dux in Gebito vel quod ad regnum pertinebat et secundum quod illi de Olderico Sacheto habuerunt et tenuerunt pro eo duce.

Es folgen nun Zeugenverhöre von Samstag 13. XII. 1181. Sie beziehen sich aber nur auf Rechte, welche die Herren von Lendinara in Zevio ausgeübt haben, ohne dass dabei vom Reiche die Rede wäre. Dann:

Postea die Mercurii ultimo exeunte Decembri in predicta domo domni Thomasini in iure coram vasalis curie domni Thomasini et coram comite predicto et in presencia Vallariani de Castello, Paisii de Masinago, Enri et Armenardini vasalli curie predictae et Tolomei similiter, Bernardini et Isnardini similiter vasallorum. Ibiq̃ue predictus dominus Thomasinus et Albregetus eius frater pro se et Isnardino eorum fratre protulerunt Girardum iudicem et Wazonem de Bardolino pro testibus publicandis et causa publicandi ad probandum, qualiter et quomodo sciunt Gebetum esse de regalia² et comitatu Garde et quomodo comes Garde tenuit placitum generale in Gebito et illi, qui habent Gebitum et tenent pro duce et imperatore, debent honorem et iurisdictionem² habere, et qualiter, et omnes personas² habitantes in Gebito debent se distringere sub istis dominis,

1) Ergänze: *honore*.

2) Sic!

3) *vel sibi*, nicht *vel que sibi*.

4) Martinus Longus; vgl. die Aussage des Richard von Schlanders.